



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 100. Legati Romam missis ad Pontificem literis ejusdem consilium  
efflagitantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI. A.C. 1546. *piæque exercitationes sanctioris Hebdomadae ac Paschatis propius instarent, quindecim dierum spatium Patrum congressus intermittendos, seque ea ratione adductos indixisse futuram Sessionem die remotiori, quam alioquin indicta fuisset; unde se scripturos ad Pontificem aiebant, ut intra Paschatis Hebdomadam responsionem remitteret, quo ex luce per eam sibi communicata tutius cursum dirigerent ad habendas de abusibus quaestiones.*

Hisce communi omnium trium Legatorum ore prolatis Marcellus Cervinus adjunxit epistolam a se ad Cardinalem Farnesium die decima tertia Aprilis datam, in qua animadvertit, quemadmodum necesse fuerit cogi Synodum, quo ea orbis Catholici pars, quæ superest in Religione contineretur; ita pariter opus esse, accuratam morum ordinationem perfici, ut Episcopi ea contenti quamprimum illi finem imponerent; quod & universalis & peculiarium Ecclesiarum commoda postulant.

§. C.

*Legati Romam missis ad Pontificem literis ejusdem consilium efflagitantes.*

*Pallav. l. 2.  
n. 8. & 9.*

**P**ræmissis hisce consultationibus Legati Conventum habuerunt, in quo de abu-

abusibus conciones ac prælectiones spe- Sæcul. XVI.  
 ctantibus, quibus in proxima Sessione A. C. 1546.  
 consulendum esset, agebant. Hanc in  
 rem datis literis Farnesio hæc significa-  
 bant: *Animadvertimus in Synodi Pa-*  
*tribus concordem voluntatem agendi de*  
*obstaculis, quibus Episcopi probibentur,*  
*ne suis in Ecclesiis resideant: sed duo tan-*  
*tum in deliberationem posse adduci cense-*  
*mus, alterum, si post receptionem sacra-*  
*rum literarum ac traditionum ageretur*  
*de Conciliis, & Apostolicis constitutio-*  
*nibus recipiendis: alterum, si ad truti-*  
*nam vocarentur peculiaria dogmata ad*  
*novas hæreses spectantia, initium ducen-*  
*do ab originalis peccati dogmate, cui Re-*  
*demptionis mysterium innititur, navata-*  
*que deinde opera argumento Justificatio-*  
*nis, buic malo medentis, & Sacramen-*  
*torum, quæ ad eam acquirendam, con-*  
*firmendam ac recuperandam sunt instru-*  
*menta.*

Postea Legati exponunt difficultates,  
 quæ occurrerent, si prior quæstio per-  
 tractaretur: *Etenim, inquiebant ipsi,*  
*illa non modo erit Patribus minus grata,*  
*sed etiam minus opportuna, cum esset*  
*longissimi temporis opus, & infinitæ dis-*  
*sensionis fomitem præberet, possetque fa-*  
*cile offendi in aliqua turbulentiora inge-*  
*nia, quæ contentionem suscitarent de ex-*  
*celsiori auctoritate Pontificem inter &*

Sæcul. XVI. Concilium, quam quaestionem Pontifex  
A C. 1546 prudenter procul a Patribus arcendam  
 jusserrat, ut schismatis periculum evita-  
 retur. Altera etiam via, qua Patres  
 ingressuri essent in dogmata, suis non ca-  
 ret obstaculis, eoquod Cæsarei Episcopi  
 hoc argumentum minime tangi, unice ve-  
 ro morum emendationem urgeri, omni-  
 no postulent, ne Protestantes adhuc ma-  
 gis irritarentur.

## §. CI.

*Papæ responsum ad Legatos.*

*Pallav. n. 10.* Summus Pontifex suum ad Legatos re-  
 sponsum per cursorem specialiter  
 missum tanta celeritate deferri curavit,  
 ut illud intra biduum jamjam Tridenti  
 accepissent. In eo præprimis Legato-  
 rum consilia summopere commendabat,  
 de tribus tamen articulis eos commo-  
 nefecit. I. *Cum hanc morum ac juris-*  
*ditionis reparationem potissimum inten-*  
*dant Antistites, ea cautione rem Præs-*  
*ides agerent, ut quodcunque periculum*  
*procul haberent, ne Patres ea constituta*  
*dilaberentur, vel segnius operam darent*  
*fidei tractationi, in eo fortasse votis*  
*Principum obsecundantes; quandoquidem*  
*dogmatum Decreta videbantur Ecclesie*  
*confirmationi adeo necessaria, ut illorum*  
*præcipue gratia Concilium fuisset con-*  
*stitutum.*